

omnibus presentem cedulam inspecturis salutem in Marie virginis filiolo glorioso. Racioni interesse dinoscitur —. Recognoscimus igitur et tenore presencium protestamur, quod honorabilis et honestus vir dominus Theodericus plebanus ville, que Curia censetur, contulit cenobio nostro pro remedio et testamento anime sue decem marcas argenti ea conditione, quod nostra sacrista, quecumque pro tempore fuerit, omni remoto obstaculo annis 5 tollat singulis in festo beate Walpurgis dimidiam marcam currentis argenti in allodio nostro Seurtitz et in festo beati archangeli Mychahelis dimidiam marcam in eodem allodio, cum qua procurabit lumen, quod ardeat in ecclesia nostra, et hoc adiecto, si propter aliquod accidens de predicto allodio talis marca nullatenus dari potest, prefata custos respectum habere debet ad dominam abatissam et conventum termino non mutato. In 10 cuius rei certitudinem tradidimus presens scriptum nostri sigilli et venerabilis domini Heinrici abatis Portensis sigilli munimine roboratum. Acta sunt hec anno domini m̄ ccc̄ x̄ in die beatorum Phylippi et Iacobi apostolorum.

311.

Markgraf Friedrich der Freidige bestätigt dem Kloster Nimbschen alle denselben von Heinrich dem 15 Erlauchten und Friedrich Tuto von Landsberg verliehenen Rechte und Freiheiten, insbesondere die Befreiung der Klostergüter von der Gerichtsbarkeit und Aufsicht der markgräflichen Beamten. Grimma, 1310 Mai 24.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1908. Das am Rande beschüligte Reitersiegel mit Rücksiegel (Posse Siegel der Wettiner Taf. VII, 5) an Fäden von grüner Seide. 20
Gedr.: Hasche Magazin 6, 515 ff.

Nos Fridericus dei gratia Thuringie lantgravius, Misnensis et Orientalis marchio | dominusque terre Plisnensis notum esse volumus universis presentem litteram inspecturis nos | vidisse pariter et audisse litteras illustrium principum incliti Heinrici quondam avi nostri | nec non illustris principis Friderici patruī nostri quondam marchionum Missnen- 25 sium non abolitas non cancellatas nec in aliqua parte vitiatas super diversis iuribus gratiis et libertatibus divine pietatis pretextu per dictos principes cenobio sanctimonialium in Nymtschen factis et concessis et presertim super exemptione bonorum omnium dicti cenobii a iudicio principum predictorum in hunc modum, ut omnia bona cenobii eiusdem ubilibet ab ipsorum principum et heredum seu successorum suorum iudicio exempta 30 taliter esse debeant, quod corundem principum villici officiiati seu nunctii qualescumque super bonis prefati cenobii nichil iudicii vel examinis habere debeant quoquo modo. Nos autem summis desideriis affectantes religiosis personis nostre beneficentie dexteram porrigere liberalem et eorum profectibus gratiosa semper intendere voluntate in remedium animarum principum prescriptorum omniumque progenitorum nostrorum ac in remissionem 35 nostrorum peccaminum salutarem omnia iura singulas gratias et libertates in sepe dictorum principum litteris contentas ratas et gratas semper habere volentes omnia bona cenobii sepe facti a nostro iudicio nec non posteriorum nostrorum sicut prius esse volumus libera et exempta: dantes presentibus H[einrico] duce iuniori Brunswicensi avunculo